Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Cultus ejusdem Frisinga praejuno olim etiam in Brixinensi diœcesi frequens ~~fuisse~~ videtur fuisse, ex Missali in pergamena ad usum Card. Nicolai Cusani conscripto, ubi ad diem VIII Septembris inseritur Oratio de S. Corbiniano; item ~~in~~ Breviario antiquo Brixinensi seculi XIV ad diem VIII Sept. Commemoratio S. Corbiniani habetur. In Ecclesia Collegiata Jnticensi festum S. Corbiniani celebratur sub ritu duplici I classis. Hæadem celebritate colitur Frisingæ, totaque ejus diœcesi; quæ se usque in Tirolim hodie extendit.

Cur enim Aribo pueri nomen tacuisset, si non ipse fuisset Eremberti Corbiniani germanus natu major, et in Sacerdotio successor, puer ille certe non fuit. Joseph, qui anno 749 Eremberto successit, post annum 730 jam XXII saltem annorum esse debuit. præterea is non Majensis fuit, sed Brixinensis, uti ex vetustis codicibus probat Meichelbeckius Hist. Fris. in Sebeho; insuper non præfuit ultra XX annos, ~~qui non adeo longum tempus fecerunt, ut multis diebus vix est, diuturno tempore præfuisse dici possit.~~ Aribo vero XXX. Dicimus II. Corbiniani cultum statim ab ejus obitu cœptum esse adeo, ut paucis post annis jam solennitas ejus festiva cum Vigiliis nocturnis ageretur. III. Consectaneum est, ait cl. Keschius rivi sec. VIII, annot. 124, in loco Majis adhuc anno 730 fuisse Monasterium Clericorum, si non et Monachorum, in quo Matutinorum solemnia celebrabant. Certe illud ex instituto S. Valentini residuum erat. Vide supra ad C. VII Addit. 21. IV. Passa amnis dicimus, Passerem annem tunc temporis inter Ecclesiam seu Monasterium S. Valentini et Civitatis Majensis ~~mœnia~~ mœnia medium interfluisse, et quidem alveo profundissimo ac rigentibus scopulis utrinque munito, adeo ut ab imo fluminis usque ad urbis planitiem, montis altitudo esse videretur: atque hinc Majensis civitas in colle sita fuisse debet, ~~qui ab ortu et boreo ipso Passere alluebatur~~ Vid. tab. II geogr. Addit. 13. Qua occasione hic Majarum situs et status eversus fit, discutietur infra ad C. IX.

118) Electionem quidem Eremberti factam esse anno 730, ~~consecrationem vero~~ censet Meichelbeckius Hist. Fris. in Eremberto c. 1. Consecratio vero ~~ut~~ certe anno 740 a S. Bonifacio peracta est. Hi, ut scribit Wilibaldus in vita S. Bonifacii, ~~ex~~ natione Anglus, Romam ad limina SS. Apostolorum profectus anno 719, a Gregorio II ad Germania populos directus est. Itaque præruptis alpium jugis transgressus, incognitos Bajoariorum et confines Germaniæ terminos aggrediens, in Turingiam progressus est. Dein Frisiis atque Hessis prædicavit. Anno 722 per Burgundiam Romam rediit. Ubi ordinatus a Gregorio Episcopus; atque ad Germanos remissus, per Galliam ad Hessos iterum venit anno 724. Suntoque Archiepiscopatus palleo, quod ei Gregorius III misit anno 731, Bajoariorum, temporibus Hueberti Ducis, adiit terras, prædicationisque studium quod eos diligentissime exercuit anno 736. Tum anno 738 tertio Romam perrexit, unde anno sequentis initio redire, non solum invitatus Bajoariorum ab Odilone duce, sed et spontaneus visitavit